

*regressa fuit, imo praeo Christi, & ipsi errorum puri, fideique integri, imo veritatis Prae co-  
nes ad luos revertentur, mecumque totis animi medullis vovebunt, ut iste FONS JACOB sca-  
turiat in vitam aeternam, sive JACOB fiat aliquando ISRAEL Visionis Beatificae mercede aeter-  
num fruens. Ita dabamus Brugis Flandrorum in Palatio nostro Episcopali hac 21. Ju-  
lii 1724.*

*Henricus Josephus Episcopus Brugenfis,*

## A P P R O B A T I O

Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini

## JOANNIS BAPTISTÆ DESMET

*Iprensum Episcopi &c.*

**J**ansenismum non inane esse haesios figmentum; sed perniciosissimam impietatem ostendit pridem in Belgio eruditissimis lucubrationibus R. P. Jacobus de la Tontaine Societatis Jesu Sacrae Theologiae Lovanii Professor, quod modò Romae profequitur, Constitutionem Unigenitus fortissimè propugnans. Tres primi Tomi, quos auctoritate nostra lubenter confirmavimus, ob argumentorum & eruditionis copiam, disputandi methodum solidam simul & perspicuam, styli non affectatum: sed candidum, & amœnum, placere adeò, ut qui eos legere cœperint, majore profequi semper cuperent aviditate. Adversariis autem quantumlibet aliàs ad vitiligandum promptis & ferocibus, non satis animorum hactenus aut virium fuisse videatur, quo tam infesti sibi operis impugnationem susciperent. Prodit modò tomus quartus non inferiore robore & omnis generis præstantia conscriptus; a quo obstruendum amplius os loquentium iniqua, prorsus confidimus: aut si obdurati nimium & voluntariè obcæcati insanire etiam in posterum voluerint, ipsorum vesania palam omnibus aperta, decipere Catholicos non poterit, & suis ineptiis irretire.

Ita censeo Ipris in Palatio nostro Episcopali die 26. Junii 1724.

Joannes Baptista *Episcopus Iprensis.*

---

## IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiss. Patri Sacri Palatii Apostolici.

*N. Baccarius Episcop. Bojanen. Vicesgerens.*

---

## IMPRIMATUR.

Fr. Gregorius Selleri Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatii Apostolici Magister.